



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio trigesimasecunda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

similitudinis. Nomen autem *æqua*-*ratio* aut *similitudinis* non significat primum (scilicet *fundamentum*) sic enim significat et similitudo albedinem que est eius fundamen tum inter duos albos, quod nullus diceret. Muraretur enim eius significatum quia mutetur frequenter simili tudinis *fundamentum*. Sunt enim aliqui similes in nigre dñe sicut alii sunt similes in albedine. Nec significat ex terna relata, ut de pater, ergo nomen *æqua*-*ratio* dire cte significat tertium, scilicet ipsam habitudinem relati um. Alia tamen duo dar intelligere non sicut signifi cata, sed sicut habentia habitudinem ad principale signifi catum.

4 HOC SVPOSITO Dicendum, quod *æqua*-*ratio* quantum ad suum formale significatum dicitur positi ve. Quod patet sic, omne quod est directe in praedica mento secundum rem, vel rationem, & non per aliam reductionem est positivum & non priuatuum. (Priuati oes enim & negationes sunt in praedicamentis solum re ductive ratione habitum vel affirmationum) sed *æqua*-*ratio* est directe in praedicamento relationis sicut secun dum ratione cui sit relatio (sicut rationis in diuinis) ergo equalitas formaliter dicit aliquid positivum, maior pater, quia esse relationem vel aliquid aliud pertinens ad praedicamentum secundum rem vel secundum rationem non facit differentiam secundum positivum & priuatuum. Et ideo sicut illud quod dicit relationem realem directe, vel rem alterius praedicamenti est formaliter aliquid positivum, sic illud quod dicit directe relationem rationis vel relationem alterius praedicamenti est formaliter positivum, & idem est dicendum de extremo relationis sumpto concerte sub nomine relationis (ut *æquale*) quia idem importatur formaliter per concretum & abstractum. Quantum autem ad fundamentum *æqualitatis* dicendum est, & possumus ipsum considerare, vel quantum ad illud quod est, & sic est aliquid positivum, & positivum dictum, quia hoc est quantitas vel aliquid acceptum sub nomine quantitatis, vel possumus ipsum considerare sub formalis ratione fundamenti *æqualitatis* sit ratio *vniuersitatis*, super *vnuersum* enim in quantitate fundatur *æqualitas*, ratio autem *vnuersus* est ra tio priuatua, patet quia *æqualitas* & *æquale* dicuntur pri uatua. Sed hoc non est formaliter, ut dictum est. Verum men in hoc sensu loquitur Philo.<sup>10</sup> Meraph. quando dicit *æquale* opponitur magno & parvo priuatue. Sic etiam diffinitur cum dicitur *æquale* est quid positum iuxta alterum, nec excedit, nec exceditur.

5 PER HOC patet responsio ad argumentum in op posito.

6 ALIVD autem argumentum probat quod *æqua*-*ratio* quantum ad illud quod dicit formaliter dicitur positi ve quod concedendum est.

### QUESTIO TERTIA.

Vtrum essentialia attributa debent ap propriari diuinis personis.

*Thos. I. q. 39. ar. 7. C. 8.*

A Secundum principale sic proceditur. Et videtur quod essentialia attributa non debeat appropriari diuinis personis, quia *æquæ* communia sunt in diuinis attributa essentialia sicut essentia, sed essentia nulli appropriatur, ergo nec essentialia.

z Item prius est proprium, quod appropriari, quia appropriatum dicitur per similitudinem ad proprium, sed propria personarum non sunt priora essentialia attributis, immo sunt secundum rationem posteriora, ergo essentialia attributa non possunt appropriari personis.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. & Hilarius in litera.

4 RESPONSO. Dicendum est primo quod appropriatio in diuinis est possibilis. Secundo quod est utilis. Ter tio redditur ratio de appropriationibus diversis.

5 QVOD sit possibilis patet, non enim appropriatur nisi commune. Est enim appropriatum de communi, tractum ad proprium. Item ad omne commune appropriatur cuiuslibet, sed illud quod habet aliquam convenientiam cum proprio propter quod de communi trahitur ad proprium, li

cer autem omnia attributa essentialia sunt communia omnibus personis, tamè quædam habent maiorem convenientiam cum proprio persona & alterius propter quod illi persona potest convenienter appropriari, & secundum hoc potesta quæ nominat principium appropriatur patri qui est primū principium. Sapientia vero quæ ad intellectum pertinet appropriatur filio qui procedit per modū intellectus, bonitas autem appropriatur Sp. san. qui procedit per modū voluntatis, cuius obiectum est bonum, appro priatio ergo est possibilis & rationalis.

6 EST ETIAM utilis, quia per appropriata aliquæ qualiter manuducimur in cognitionē personarum hoc modo. Inveniunt enim distinctio personarum est realis, distinctio vero attributorū est secundum rationem, & est nobis magis nota, & quanvis per attributa sola ratione distinctione nō possumus sufficienter arguere distinctionē personarum, tamen inspicimus in appropriatis aliquā similitudinē proprietarum, & sic per appropriata aliquæ qualiter manuducimur in notitiam personarum.

7 QVANTVM ad tertium notandum est quod alia est appropriatio secundū Hilari, alia secundū Aug. Hilarius enim appropriat æternitatem patri, speciem filio, vsum sp. san. Ratio autem huius appropriationis est hac, æternitas enim quia est mensura ex sua ratione carēs principio appropriatur patri qui est principiū non de principio. Speciē autem appropriatur filio quia species quandoque sumitur pro imagine, filius autem est imago patris ut prius dictum fuit. Vnde vero appropriatur sp. san. quia ut largè accipiendo est assumere aliquid in facultate voluntatis. Sp. autem san. procedit per modū voluntatis, ideo, &c.

8 Beatus autem Aug. appropriat unitatem patri, quia unitas est principiū numeri, pater autem est principiū diuinorum originum. Ac equalitatem autem appropriat filio, quia *æqualitas* importat unitatē respectu alterius. Est enim *æquale* quod habet vnam quantitatē cum alio, & ideo appropriatur filio qui est secunda persona in trinitate. Connexio autem importat unitatem duorum per tertium & ideo appropriatur sp. san. qui procedit a patre & filio ut sunt vnum.

9 Secundum hunc modū potest sumi illa appropriatio, Rom. ii. (Si tamē Apostolus intēdit facere ibi aliquā appropriationem) quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Hac enim præpositio ex importat quandoque habitudinem causæ materialis, & sic nō haber locū in diuinis, quandoque habitudinem causæ efficientis quæ quidē convenit deo in ratione sua potestis actiua, unde appropriatur patri sicut & potentia. Hac autem præpositio per designat habitudinem formæ per quam agens agit sicut dicimus quod artifex agit per artem. Vnde sicut ars & sapientia appropriatur filio ita & hoc quod est per ipsum. Hac vero præpositio in denotat continentiam. Continet autem Deus res in quantum sua bonitate eas conservat & gubernat. Et ideo esse in quo appropriatur sp. san. sicut & bonitas.

10 A D PRIMVM argumentum in oppositum dicendum est quod non simile est de essentia & de attributiis essentialibus, quia essentia ut essentia est nō habet maiorem convenientiam cum proprio vnuerso personæ, q. cum proprio alterius, & ideo non potest appropriari vni personæ magis q. alii. Sed diuersa attributa habent maiorem convenientiam cum proprio vnuerso personæ q. cum proprio alterius, ut vnuersum fuit prius propter quod appropriantur magis vni quam alteri.

11 Ad secundū dicendum quod in diuinis nihil est prius aut posterius secundum rem, sed secundum rationem & hoc modo quædam essentialia sunt priora propriis personarum, sed non dicuntur appropriata nisi ratione propriorū, & sic sunt posteriora propriis personarum secundum rationem talis nominis, nec est inconveniens quod aliquid sit prius & posterius altero secundum rationem quantum ad diuersas considerationes.

Sententia Itinius distinctionis. XXII.

in generali & speciali.

HIC oritur quæsio. Superior determinauit Magister de propriis & appropriatis personarum. Hic vero inquirit qualiter persona diuina comparantur adiun

uicem

### Magistri Durandi de

uicem secundum appropriata & propria. Et diuiditur in tres. Primo ostendit qualiter comparantur secundum proprium & appropriatum spiritus sancti. Secundo qualiter secundum appropriatum filii. Tertio quomodo comparantur secundum utrumque simul, scilicet de uno per comparationem ad alterum. Secunda ibi, diligenter inuestigari oportet. Tertia ibi. Preterea diligenter notandum Prima istarum diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit. Secunda ibi, huic questioni. Secunda pars principalis diuiditur in tres secundum tres questiones quas mouet & soluit. Secunda ibi, post hoc sollet queri. Tertia ibi, post hoc a quibuidam. Tertia vero principalis diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem. Secundum se a solutione excusat. Secunda ibi, difficile mihi fateor. Hæc est diuissio & sententia lectionis in generali.

2 IN SPE C I A L I vero sic procedit Magister, & quærit primum utrum Pater & Filius dicantur diligere se spiritu sancto. Et videtur quod non, quia diligere & esse in diuinis idem sunt. Si ergo Pater diligere se spiritu sancto, tunc videtur esse spiritus sanctus, & respondet secundum Aug. quod diligenter se spiritu sancto. Postea querit utrum pater sit sapientia genita. Et respondet quod non, quia sicut non est per filium, sic non est sapiens per ipsum, cù eis & sapere sunt in parte idem. Postea querit utrum filius sit sapientia genita. Et responderet per distinctionem quod sapientia potest considerari in habitudine principi efficientis, & sic est sensus quod sit ex sapientia genita, & hoc falsum est, immo est sapiens à sapientia genita, quæ est pater, vel potest considerari in habitudine cause formalis, & sic est sensus quod sit sapiens per sapientiam genitam formaliiter, & hoc est verum. Postea querit utrum sit una sapientia patris & filii. Et videtur quod non, quia alia est sapientia genita, alia genita, quarum tamen una dicitur patris, alia filii. Et responderet quod una est sapientia essentialis, sed notiones differunt, sicut dilectio non differt ab essentia realiter, sed per relationem. Postea querit cum pater nullo modo sit sapiens per filium quomodo pater diligat per spiritum sanctum. Ultimò excusat se a solutione huius questionis, & dicit hanc questionem difficultem esse ad soluendum, tamen sanè intelligendum quod licet pater diligat se spiritu sancto, tamen dilectione essentiali diligunt se pater & filius. Erat hoc terminatur, &c.

### Q U E S T I O PRIMA.

Vtrum pater & filius diligat se spiritu sancto.

Thom. I. q. 37. ar. 2.

Circa distinctionem istam queritur primo, utrum pater & filius diligat se spiritu sancto. Et videtur quod non, quia aut diligere sumitur essentialiter, aut notionale, sed non potest esse vera, si diligere sumitur essentialiter, quia eadem ratione hæc est vera pater intelligit filio que tamen negatur ab Augustino. Nec prout sumitur notionale, quia eadem ratione hæc est vera pater generare se filio, vel pater & filius spirant se spiritu sancto, quod non dicimus, quare nullo modo hæc potest esse vera, pater & filius diligunt se spiritu sancto.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. de Trin. quod spiritus sanctus est quo genitus a generante diligitur, genitoremque suum diligit.

3 Et arguitur per rationem, quia in creaturis nullus diligit se vel alium, nisi amore à se procedente, ergo sumitur in diuinis, sed in diuinis spiritus sanctus est amor procedens, quare &c.

4 RESPONSI O. Ad evidenter istarum propositionum pater diligite, & filii & spiritus sanctum, & nos spiritu sancto, & similiter qualibet persona diligite se & alias personas, & nos spiritu sancto, quia in omnibus est eadem difficultas. Advertendum quod hæc questiones non sunt de re, sed de modo loquendi. Circa quem sunt tres opiniones.

5 Prima est quod omnes tales propositiones sunt falsæ & retractate ab Aug. in suo simili, quod scilicet retractavit istam pater est sapientia filio, vel sapientia genita, sic enim se habet sapere patris ad filium, sicut diligere patris ad spiritum sanctum.

### Sancto Porciano

6 Sed istud non placet aliis, quia Aug. ea quæ retractauit expressis specialister, & ipse non retractauit dicta aliorum, sed sua, vnde cum alii communiter vrantur talibus locutionibus presumptuosum videtur simpliciter negare eas.

7 Alii fuit qui dicunt omnes tales propositiones esse veras & proprias simpliciter. Ad cuius evidentiam considerandum est quod secundum illos diligere potest sumi essentialiter vel notionaliter. Si sumatur essentialiter, tunc omnes tales propositiones sunt falsæ, quia diligere sic accipiunt, est idem quod esse, & ideo sicut hæc est falsa pater est spiritu sancto quod ita pater diligere spiritu sancto. Si vero diligeretur sumatur notionaliter, sic sunt vere, ut dictum est, & ita ablativus spiritu sancto, construitur in ratione esse etius formalis sumendo largè effectum pro omni producendo, & formâ pro omni eo quod denominat aliquid. Sunt enim aliqui effectus qui denominantur sui agens, & ob hoc dicuntur formales. Quandocumq; enim verbum importat de suo noë actu, & cù actu dat intelligere producere, tunc producere denominat ipsum agens, sicut florere non solù nominat actum, sed etiâ includit productum, scilicet florem, & ideo potest dici quod arbor floret floribus, quâni flores non sunt forma arboris, sed quidam affectus ab arbore procedentes, sed quidam in noë actu non includuntur effectus, tunc effectus non denominat agens, sicut non bene dicitur arbor producere floribus. Cum igitur diligere sumptum notionaliter non sit aliud quod spirare amorem, & dicere non sit aliud quam producere verbum, sicut florere est producere florem. Ideo sicut vere & propriè dicitur arbor floret floribus, sic vere & propriè potest dici quod pater dicit se & alia verbo, & quod pater diligere se, & alia spir. sanct.

8 Iste autem modus non placet aliis propter multa. Primum est, quia diligere non potest plus sumi notionaliter quod intelligere, sicut enim intelligere nominat operationem intellectus, ita diligere nominat operationem voluntatis, sed intelligere nunquam sumitur notionaliter, ergo nec dicitur diligere. Secundo, quia sicut probatum fuit supra, dicitur quod actus notionaleis quibus persona producuntur sunt actus naturæ diuinæ, ut est secundum, quam secundum est non habet ex hoc quod est intelligens & volens, sed præcedit virum, ita quod est intelligere & velle nec sunt actus quibus persona producuntur, nec supponuntur ab actibus productis, propter quod nullus actus intellectus aut voluntatis potest esse notionalis, sed sunt secundum modum intelligendi posteriores actibus notionalibus & elicuntur a personis iam constitutis per actus notionales, qui sunt meritis naturæ. Tertio, quia dato quod est aliquid diligere notionale, adhuc nullo modo possent verificari tales propositiones, quia nullus actus notionalis reflectur super personam à qua est, nec potest cadere super personam, vel super quacumque rem aliam quod per ipsum non constituitur. Cuius ratio est, quia actus notionalis est actus productionis, & ideo non tendit nisi in productum, & quia id non producit seipsum, ideo actus notionalis non potest reflecti super personam à qua est, nec cadere super aliquod quod per ipsum non producitur, sed cù dico quod pater diligere se vel filii, vel nos spiritu sancto ibi denotatur actus cadere reflexus super patrem à qua est, vel cadere directe super filii, vel super nos quorum neutrum per actum dilectionis notionalis constituitur, ergo nullo modo tales propositiones possunt esse verae, si diligere sumitur notionaliter.

9 Sed ad hoc respondent quidam, quod sunt quidam actus notionales qui sunt reflexivi, sed non omnes. Sunt enim ut illi dicunt in diuinis quidam reflexivi operations, & non notionales, ut intelligere & velle, & ita dicitur transitum in aliquid, sed non transitum realem, sed ratio nis tantum. Quidam autem sunt notionales, sed non reflexivi, sicut generare & spirare, & tales dicitur transitum realem in aliquod suppositum. Quidam autem sunt quæ dicunt transitum realem & transitum rationis simul, sicut dicere & diligere notionale, dicere enim non solù respectum id quod actu dicendi producitur, sed etiam illud quod producitur verbo representatur. Vnde dicere importat producendo verbum aliquod verbo representare vel manifestare. Et similiter diligere notionale importat, producendo amorem personalem in aliud, quæ in amatum tendere, quorum

quorum alterum, scilicet producere dicit transitum secundum rem, sed aliud (scilicet) tendere in aliquid, tanquam in representatum vel in amatum dicit transitum secundum rationem, & tales actus quum includant utrumque transi- tuum rei & rationis, ratione transitus realis sunt notionales, sed ratione transitus secundum rationem sunt reflexi ui propter quod bene dicitur quod pater dicit se verbo, & diligit se spiritu sancto.

10 Itud autem non videretur bene dictum. Primo quia non est secundum se verum. Secundo quia ratio non est soluta. Tertio quia contradicit alii dicto istorum. Quod non sit verum secundum se pater, quia nullum pure notionale includit illud quod est communem omni personam, sed habere respectum rationis ad aliquid tanquam representatum vel manifestatum vel amatum est communem omni personam sicut manifestare, vel amare, ergo non includit in dicere, vel in diligere sumptibus pure notionaliter.

11 Item ratio est insolita, quia impossibile est actum notionalem non includere realem productionem, etiam si cum productione includat aliquem respectum rationis, ergo actus notionalis in nihil potest tendere nisi in productum, licet ad \* illud posse habere aliquem alium respectum, quia ille actus respectus cùm sit extra rationem actus notionalis notionaliter tenetur tenderet in illud. Adhuc si dicere & diligere sumpta notionaliter important transitum rei respectu personae, & transitum rationis respectu alius alterius, tunc dicere & diligere sic sumpta non poterunt copere nisi illi personae, que transit in aliam rem & in aliquid ratione, & sic solus pater diceret se & alia verbo, quia solus productus verbum, & solus per verbum a se productum habet rationem manifestantis, vel representantis se & alia ita quod haec duo copulatiu[m] sumpta nulli nisi patri conuenient, & similiter solus pater & filius diligente se vel alia sp[iritu] san. quia solus pater cum filio producit sp[iritu] san. & per sp[iritu] san. a se productum habet respectum ad se vel ad alia sub ratione amantis, ita quod haec duo copulatiu[m] sumpta nulli alio possunt conuenire, hoc autem non dicitur immo ista conceditur, filius & sp[iritu] san. dicunt se vel alia verbo, & ista sp[iritus] san diligere se & alia sp[iritu] san, ergo dicere & diligere non sumuntur notionaliter.

12 Item istud dictum contradicit cuidam alii dicto eiusdem. Dicunt enim alibi vt recitatum fuit supra dist. 27. q. 2 quod dicere sumitur duplicitate, uno modo pro eo quod est producere verbum, & sic est actus notionalis, nec conuenit nisi patri & illi non respectu sui vel creature, sed tantum respectu filii, & sic pater dicit verbum & non verbo. Alio modo sumitur dicere pro eo quod est manifestare, & sic est actus essentialis & conuenit cuilibet personae respectu sui & aliorum, qualibet enim persona manifestans se & alia, ergo secundum hoc dicere notionale non importat nisi producere verbum & non representare vel manifestare aliquid, quia illud est simpliciter essentialiter, nunc autem ponitur quod dicere notionale importat representare vel manifestare aliquid ratione cuius est actus reflexius, ergo est hic contradictionis. Patet ergo quod nullus actus notionalis est reflexius.

13 Quod ergo dicitur quod quando in actu intelligitur productum, tunc productum denominat agens, vt arbor floret floribus, similiter videtur esse in preposito. Dicendum quod non est simile, quia non fit ibi reflexio nec transitus in aliud, non enim dicitur quod arbor floret se, vel aliquid aliud floribus, hoc enim male diceretur. Hic autem dicitur quod pater diligere se, vel alia sp[iritu] san. & idem male, si diligere sumatur notionaliter. Sed deberet dici pater diligere sp[iritu] san, sicut dicitur arbor floret flore vel floribus. Sed neq[ue] hoc potest dici, quia quod effectus subsistens denotum agentem contingit solu[m] in verbis intransitiis, sicut est florere quod passuum non habet unde bene dicitur florere flore. In verbis autem transitivis non, licet includant productum sicut generare de suo nomine includit genitum, & spirare spiritum, vel spiratum qui dicunt in divisionis specialia producta, sicut florere includit florem, & tandem generare genito non bene dicitur, sed generare genitum, nec spirare spirato, sed spirare spiritum vel spiratum transitivum. Et causa huius differentie est, quia tale intransitu[m] includit productum, vt in ipso existens, & non solu[m] ab ipso procedens, florere enim non solum dicit produs-

cere florem, sed cum hoc habere in se florem productum, & ideo denominat ipsum producens in quo est, sed transitua solum includunt productum, vt ab ipsis existens, & non in ipsis manens, propter quod non denominant ipsum.

14 IDEO dicendum est aliter quod omnes supradictae propositiones sunt simpliciter falsae si diligere sumatur notionaliter, si vero sumatur essentialiter sic sunt vere, licet sint impropria, & ideo exponenda. Priorum pater, quia quodcumque aliquid sumptum cum determinacione prædicatur de aliquo potest etiam prædicari de alio vel illo sumpto fine determinatione, nisi forte determinatio sit distrahens, tunc enim non potest, licet enim haec sit vera, Paulus est homo mortuus, tamen non sequitur quod haec sit vera Paulus est homo, quia esse mortuum est determinatio distrahens, alioquin sequeretur bene. Si ergo haec esset vera pater diligere filium spiritu sancto sumendo diligere notionaliter, cum haec determinatio sp[iritu] san. non sit distrahens, sequeretur quod haec esset vera exclusa determinatione dicendo sic, pater diligere filium sumendo diligere notionaliter ut prius, hoc autem est falsum, quia nullus actus notionalis est a patre in filium nisi generare, quare &c. Idem dicendum est de omnibus propositionibus consimilibus.

15 Secundum pater, scilicet quod sumendo diligere essentialiter omnes tales propositiones sunt vere, sed impropria, & ideo sunt exponenda, quia ut dictum fuit supra dist. 27. verbum & amor, licet de virtute & proprietate locationis importent ipsos actus intellectus & voluntatis, tamen appropriantur personis, verbum quidem filio, amor autem spiritui san. Cum ergo haec sit vera & propria pater diligere filium, seipsum & nos, amore essentiali, consequens est quod haec sit vera pater diligere filium, seipsum, & nos sp[iritu] san. sed est impropria, & ideo exponenda sic, ut sit sensus, pater diligere filium, & nos sp[iritu] san. id est, amore essentiali, qui appropriatur sp[iritu] san. Similiter si dicere & verbum sumatur essentialiter haec est vera & propria, pater dicit se & alia verbo. Si vero verbum sumatur notionaliter pro filio, sumpto semper dicere essentialiter, sic est haec vera per appropriationem tantum, pater dicit se & omnia verbo vel filio, id est, verbo essentiali, quod appropriatur filio, vel verbo personali, & sub eodem sensu ista est concedenda, pater est sapiens filio, quia falsa est secundum proprietatem locationis, & sic negat eam Aug. est tamen vera per approptionem sicut alia que dicta sunt.

16 AD PRIMUM argumentum patet responsio. Ad autoritatem Aug. dicitur pro parte opposita, quia sp[iritu] san. est amor solum per appropriationem, non tamen per proprietatem.

17 AD ALIVIUM dicendum quod nullus diligere nisi amore a se procedente eo modo quo actus intelligitur procedere ab agente, sed non oportet quod ille amor procedat, ut aliquid producatur per actionem agendi qualitercumque sumptu[m], & ideo proprii loquendo, pater diligere se & alia amore essentiali qui procedit a parte ut actus ab agente, non secundum distinctionem realem, sed rationis tantum, & quia hic amor appropriatur sp[iritu] san. ideo per appropriationem pater dicitur diligere sp[iritu] san. secundum explicationem prius positam.

## QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum filius sit sapiens sapientia genita.

Thom. i. q. 41. ar. 3. ad. 4.

**S**ecundo queritur utrum filius sit sapiens sapientia genita. Et videtur quod non, quia eadem est sapientia patris & filii, sed sapientia patris non est genita quia pater nihil habet genitum, ergo non est sapientia filii est genita.

2 Item nihil essentialis in diuinis est genitum, sed sapientia est aliquid essentialis, ergo non est genita, quare filius non potest esse sapientia sapientia genita.

3 IN CONTRARIUM est, quia filius est sapientia per se, sed ipse est sapientia genita, quare &c.

4 Item Hilary dicit, & habetur fuit prius in litera dist. 5. quod filius nihil habet nisi genitum vel natum, sed filius habet sapientiam qua dicitur sapiens, ergo ipsa est genita vel nata.

5 R.E.

### Magistri Durandi de

5. RESPONSIÓ. Dicitur hic cōmūniter & bene  
q̄ iste ablatius notat quandam habitudinē, potest ergo  
notare habitudinē principii efficientis, & sic est falsa, quia  
nihil genitum efficit sapientiam in filio, & in eodē sensu  
potest concedi q̄ filius est sapiens sapientia ingenta, quia  
filius habet a patre quod sit sapiens. Pater autem dicitur  
sapientia ingenita, sicut Filius dicitur sapientia genita: vel  
potest ablatius notare habitudinem principii formalis,  
sicut corpus dicitur coloratum albedine: & sic adhuc ista  
est falsa. Filius est sapiens, sapientia genita, quia sapientia  
per quam filius est formaliter sapiens, est sapientia essen-  
tialis quae non est genita, licet sit per generationem com-  
municata, quia genitum proprium est illud quod per gene-  
rationem producitur. Et sub hoc sensu posset adhuc con-  
cedi q̄ Filius est sapiens sapientia ingenita, quia ingenitus  
aliquo modo potest conuenire essentia, & iste modus lo-  
quendī magis accedit ad proprietatem quam primus. Alio  
modo potest ablatius dicere habitudinem cause subje-  
ctiæ seu materialis, sicut dicimus q̄ corpus est coloratum  
superficie, vel superficies est colorata seipsa, licet autem in  
diuinis non sit proprium subiectum vel materia, tamen po-  
nimus ibi personam, vel hypostasim, quae secundum no-  
strum modum intelligendi se habet quasi subiectum ad  
ea quae sibi attribuuntur, & sic licet videatur aliquibus q̄  
hæc possit concedi, filius est sapiens sapientia genita, id  
est, seipso qui est sapientia genita, tamen est valde impro-  
pria, tum quia filius non est sapientia genita proprium, licet  
sit sapientia, & sic genitus, quia non conuenit ei esse geni-  
tum secundum quod est sapientia, tum quia ly sapientia  
genita videtur esse determinatio prædicari, & non condi-  
cio subiecti ut in illo sensu dicitur.

6. SIC tamen procedit primum argumentum. ad pri-  
mam partem.

7. Ad aliud dicendum q̄ filius nihil habet nisi genitū,  
id est, quod non acceperit per generationē, & non q̄ esen-  
tia, vel essentialia sunt genita, sed solū per generationem  
communicata.

8. Alia argumenta bene probant quod formalis prædi-  
catione hæc est falsa, Filius est sapiens sapientia genita,  
quod concedo.

Sententia huius distinctionis XXIII.  
in generali & speciali.

Proptera supra dicta. Superiorus determinauit Magister de  
Essentia, personis et proprietatibus. Hic vero determinat  
comparationes illorū ad inuicem. Et diuiditur in du-  
as partes. Primo ostendit qualiter proprietates compara-  
tur ad essentiam, & personam. Secundo qualiter personæ  
ad essentiam comparantur. Secunda in principio, i.e. dif-  
ficit autem ad dicendum. Prima est præsentis lectionis.  
Et diuiditur in tres partes. Primo mouet dubitatio-  
nem. Secundo determinat. Tertio excludit errorē. Secun-  
da ibi, quod enim. Tertia ibi, hic autem aliqui negant.  
Prima diuiditur in tres. Primo probat quod proprietates  
sunt in personis. Secundo quod sunt ipsæ persona. Ter-  
tio q̄ sunt ipsæ natura diuina. Secunda ibi, superioris quoq;  
Tertia ibi, cum q̄ de simplicitate. Illa verò pars in qua ex-  
cludit errorē diuiditur in duas. Primo ponit errorē  
sive falsam positionem. Secundo ponit confirmationem  
erroris & solvit. Secunda ibi, si inquietum. & hæc secunda  
diuiditur in duas. Primo ponit errorē & erroris confir-  
mationem per duas rationes. Secundo per autoritates. Se-  
cunda ibi, verum tamē nondum desistunt, quarum prima  
diuiditur in quatuor. Primo ponit rationem quia proba-  
tur q̄ proprietas non est persona. Secundo inducit ratio-  
nē, quia probatur proprietas nō est essentia. Tertio pro-  
bat q̄ proprietates nō sunt in essentia. Quarto excludit  
quandā obiectiōnem. Secunda ibi, sed iterum addit. Ters-  
tia ibi, ceterum hæreticorum. Quarta ibi, fed forte quæ-  
res. Hæc est diuisio lectionis in generali.

2. IN SPECIALE. Iverò sic procedit Magister, &  
querit primo vtrū proprietates sunt ipsæ persona, an vtrū  
sunt ipsæ diuina essentia. Postea solvit & ostendit primo q̄  
proprietates sunt in ipsis personis, proprietates enim ab  
æternō fuerunt sicut & persona, ergo fuerint in personis.  
Postea ostendit quod proprietates sunt ipsæ persona, pro-  
prietates enim sunt in personis, ut dictum est. sed in per-  
sonis nulla est diuersitas, ergo proprietates sunt ipsæ diu-

### Sancto Porciano

ne persona. Postea ostendit quod proprietates sunt ipsa  
diuina essentia, quia diuina essentia propter eius simplici-  
tatem est quicquid habet, sed diuina persona & natura  
habet proprietates, ergo proprietates sunt ipsa natura &  
persona diuina, quod etiam confirmat per autoritatem.  
Postea ponit errorē dicentium quod licet proprietates  
sunt in personis, non tamen sunt ipsæ persone, sed sunt  
quali extrinsecus affixa. Postea secundum hunc errorē  
inducit duas rationes & solvit, quarā vna est talis. Si pro-  
prietates sunt personæ, ergo non distinguuntur personas,  
nec determinantur: Idem enim non determinatur, nec di-  
stinguitur seipso. Respondebat autem ad hanc obiectiōnem,  
non est inconveniens personas distinguiri scipis. Postea po-  
nit aliam rationem, per quam probat quod proprietates  
non sunt essentia, quæ talis est. Proprietates sunt diuina  
essentia, ergo sicut diuina per longum dicuntur conuenire in  
essentia, ita dicuntur conuenire in proprietatibus, quod  
falsum est. Ad hanc rationem respondet quod hoc vide-  
tur propter sui altitudinem excedere omnem intellectū.  
Postea ponit aliam rationem, per quam probat q̄ proprie-  
ties non sunt in diuina essentia, quia illud in quo est pa-  
ternitas est pater, & in quo est filiatio illud est filius. Si  
ergo res vna habet paternitatem & filiationem eadem res  
erit pater & filius quod est inconveniens. Et respondet ad  
hanc rationem, quia essentia licet habeat paternitatem &  
filiationem, nō tamen est pater & filius, nec generat, nec  
generatur, quia proprietates non sunt in ea, vt determi-  
nantes, & distinguentes eam. Postea excludit quandam  
obiectiōnem quæ ex dictis posset oriri. Postea enim quis  
querere quomodo proprietates non distinguunt essentia  
personarum in qua sunt, sicut distinguunt personas in quib-  
us sunt, & dicit Magister q̄ hoc exprimere est supra in-  
tellectum nostrum. Ultimo ponit quasdam autoritates per  
quas videtur probari q̄ aliud in diuinis sit substantia, &  
aliud proprietas. Et respondet q̄ Aug. nō intendit per illas  
autoritates dicere proprietates esse aliquid diuersum  
ab essentia, sed intendit nominare inter illa diuersitatem  
rationis. Et in hoc terminatur, &c.

### QUESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis essentia & relatio diffe-  
rant aliquo modo realiter.

Thom. i. q. 28. ar. 2. Caiet. i. q. 39. ar. 1.

Dur. i. d. 1. q. 2. nu. 14.

Circa distinctionem istam primo queritur, vtrum in  
diuinis essentia & relatio differant aliquo modo rea-  
liter. Et arguit q̄ sic, quia illa quorum quolibet est ve-  
ra res, & vnu inueniuntur in aliquo supposito sine alio diffe-  
runt aliquo modo realiter, sed essentia diuina & quilibet  
relatio sunt huiusmodi, quia essentia diuina est in quolibet  
supposito diuino, nulla autem relatio est in duobet  
eorum, quia paternitas non est in filio, nec filiationi in pa-  
tre, nec aliqua eorum in spiritu sancto, quare &c. Si dicatur  
q̄ illa quoruū vnum inueniuntur in aliquo supposito sine  
alio non oportet q̄ differant aliquo modo realiter, sed  
sufficit q̄ non sint idem adæquatæ & conuertibiliter, &  
sic est de essentia & quilibet relatione. Contra illa que  
nō sunt idem realiter omnibus modis aliquo modo diffe-  
runt realiter, sed essentia & relatio secundum istam respon-  
sionem non sunt idem realiter omnibus modis, quia esse  
idem adæquatæ & conuertibiliter est quidam modus iden-  
titatis realis, qui nō est inter essentiam & relationem,  
ergo ex hoc quod non sunt idem adæquatæ & conuertibiliter  
sequitur necessario, vt videtur q̄ differant aliquo  
modo realiter.

2. Item arguitur ad principale. Secundo sic per syllo-  
gisum expostorium. Hæc essentia est paternitas, & nul-  
lo modo ab ea realiter differens. Hæc essentia est filiatio,  
& nullo modo ab ea realiter differens, ergo paternitas est  
filiatio nullo modo ab ea realiter differens, conclusio est  
fallax, ergo aliqua præmissarum & qua ratione vna & alte-  
ra, igitur dicere oportet q̄ quilibet relatio differat ali-  
quo modo realiter ab essentia.

3. Itē pater & filius differunt realiter, aut ergo sola rea-  
litate essentia, aut alia, nō sola realitate essentia, quia tunc  
differ-